

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

singulorum nominibus et cognominibus exhibeam  
 si nulli unquam hominum etati sui defuissent Scri-  
 ptores et Chronographi accurato studio omnia, qua po-  
 sterioritas curiosior ignorare nollit, litteris mandantes  
 si deinde Blattarum linearumque totum genus ante bis  
 mille annos exterminatum et venasii illis prohibitum  
 si Vulcano et Neptuno omni in chartophylacia ingre-  
 interdium, si denique nunquam saturo Saturno ciborum  
 delectus imperatus, et ne schedas arrodere ausit, lex po-  
 sita foret, tunc ista fortassis postulata locum haberent.  
 Nunc rebus longe aliter constitutis merebor veniam,  
 si ultra annos mille, quos initio promisi, curas meas  
 non extendero, et hoc jam debitum exsolvam.

### Cap. VII.

Ex progenitoribus Principum, tum Austriacorum  
 tum Badensium claruit ante annos paulo plusquam  
 mille sub Dagoberto M. Francorum Monarcha, Ega  
 major Domus, proavus Ethiconis, Alsatia Ducis,  
 Osberti Habspurgij tritavus, cujus filios, ne-  
 potes &c. hac tabula descriptos exhibemus.

Quae tabula ista continentur, plerumque testibus idoneis  
 probare jubebor: faxo non invitus. Quae de Egane: non  
 ego primus illum in capite tabula, Alsatiam familia  
 describentis, colloco, fecit ante me Theod. Piesporidius  
 Stem. Austr. p. 4. Vignier L. de vera Domus Lotharingu  
 Austriaca, Badensis &c. origine p. 1. qui multos  
 alios authores hac in re sequi se dicit. Piesporidij ver-  
 ba sunt: Ega, genere nobilis ex Neustria: qua hodie  
 Normandia dicta: oriundus, consiliarius Dagoberti I.

39.  
Francorum Regis, et magno apud ipsum authoritatis,  
ejus enim fidei rex morti propinquus comendavit. Nan-  
thildem conjugem et Clodoveum II. filium, sub quo Ma-  
jorem Domus egit, qui etiam Palatii vel Equitum Magistri  
appellantur, obiit anno Chr. 647. vel 648. Clodovei III.  
secundum Aimonem successit in Magisterio Ercebalduus  
quem idem Aimon Erchinoaldum et Dagoberti Regis  
ex genitrice consanguineum, Nicolaus Gilles Eganis  
filium nominavit. Vignierius gallico idiomate  
postquam prefecturam palatii, tutelam Clodovei de-  
mandatam Egani dixit, de matrimonio ejus subdit:  
Nous n'avons point d'autres preuves de son mariage,  
si non que quantité d'auteurs le faisant pere d'  
Archinoald, qui suit, et Archinoald étant indubitable-  
ment fils de Gerberge, il faut par consequent, qu'il  
aist este son mary.

Nicole Gilles, paulo ante a Piesporadio allegatus in  
Annalibus ad an. 647. sic scribit: En l'ande grace  
647. Gepin maire du Palais d'Austrasie mourut  
tantost apres mourut semblablement Egan, Maire du  
Palais de France: au lieu du quel fut fait Maire son  
fils, nommé Bertinaux ou Archambaud, qui cousin  
avoit este de Dagobert, de par sa mere, le quel estoit  
fort bon, et vaillant chevalier. Le feron en ses grands  
Maistres de France, Meoine Bertinauld, ou Archi-  
nouald fils d'iceluy Ega, Maire du Palais de Paris,  
et Duc de la Chevalerie de France apres, son pere  
du temp: de Clouis II. &c.

Fredegarinus, qui tempore Dagoberti et Clodovei

vixit, in Chron. cap. 22. Ega quidam, inquit, de  
 Brimoribus cum certis Neustrasiis consilio Dagoberti  
 erat aspiduus, et cap. 80. post Dagoberti Regis disces-  
 sum filius ejus Ludovicus sub tenera aetate sibi regnum  
 patris asivit, Ega vero, qui fuerat Consiliarius Regis  
 Dagoberti cum Regina Nanthilde, quam idem Rex  
 reliquerat, anno primo Chludovij, et secundo imminente  
 Regni condigne palatium gubernabat, et regnum ipse,  
 namq; inter ceteros Brimates Neptici prudentius agens  
 et plenitudine patientia imbutus cunctis erat pra-  
 cellentior, eratq; genere nobilis, opibus abundans,  
 justitiam sectans, eruditus in verbis, paratus in re-  
 sponsis &c.

De morte illius idem auctor C. 84. Ega quoq; anno  
 tertio Chludovij Regis Clivio villa febre vexatus, et  
 ipse moritur, post discessum Egano Erchinoaldus,  
 qui consanguineus erat de genetricis Dagoberti Major  
 Domus efficitur.

Dionysius Pelavius Aurelianensis e Soc. Jesu, in  
 Rationario temporum C. 8. c. 2. de filiis Dagoberti agens  
 Sigebertus, inquit, Austrasia Rex, puer adhuc a patre  
 factus erat an. C. 632. Chlodoveo relicta caetera, hoc  
 est, Austrasia, Burgundiaq; regna sub Nanthildis  
 matris tutela, addito Ega Palatij Magistro, viro lau-  
 datissimo. Videri etiam poterit Godefridus Hensehe-  
 ninus noster de tribus Dagobertis L. i. c. 8.

2. De Erchinoaldo praeter omnes jam dictos auctores  
 scribunt etiam Paulus Amilius in historia de rebus

gestis Francorum; Venerabilis Beda in Hist. Eccles.  
L. 3. c. 19. qui Herconwaldum vocat; item antiqui  
Scriptores non pauci, qui vitas Sanctorum eidem  
Erchinoaldo familiarum et eorum scripserunt,  
ut S. Vandregifili, S. Raboleni, S. Fursei Abbatis,  
S. Bathildis Reginae, &c. quae testimonia, quia lau-  
dem ipsius continent, in alium locum rejicimus, cum  
hic solum generis derivationem seu descendentiam sicut  
Genealogistae loquuntur: / probare propositum sit.

De tempore, quo vivere desit Fredegarius, in Chronico  
cap. 92. Clodoveus in extremis vitae annis amens  
effectus vita caruit regnavitque annis 78. Franci  
quoque Chlotarium filium ejus majorem in regno  
statuunt, cum praefata Regina matre; eodem quoque  
tempore mortuus est Erchinoaldus Major Domus Ba-  
latij.

De fratribus Erchinoaldi Scriptor Annalium Gal-  
lo-Flandriae, vir eruditissimus, Bucelinus L. 2. inter  
viros, inquit, magni nominis in temporibus a D. Aman-  
do piis alloquiis ad virtutem incitatos, non dubito, tres  
fratres numerare Erchenaldum videlicet, Adabaldum  
et Sigefridum &c.

Superius in Chronico Bertinensi, Adabaldi Ducis fra-  
tres fuerunt Sigefridus, comes Pontivensis, maritus S.  
Bertha Blangiacensis, et Erchinaldus, Major Domus Clo-  
dovei filij Dagoberti.

Mirans in Originibus Benedictinis: Adabaldus Dux  
et Erchenaldus frater ejus, mater natu reaedificaverunt  
Ducum Castrum, et juxta castrum aedificaverunt Ecle-  
siam S. Dei Genitricis Mariae, quae nunc dicitur Smati.

42. 11. Maternum genus istorum Principum ex Chronico  
Cameracensi, et vetustis Codicibus Martianensi Canobij  
eruit Brunelinus in Annalibus Gallo-Flandria: ad  
Siarpi litur, inquit, e regione Martianarum Gertrudis,  
Regomari nobilissimi et potentissimi Vidua Ducisq, Ada-  
baldi avia canobium struxit Homagia, in eoz, cum sa-  
cris Virginibus monasterium professest.

Mirans in Fastis Belgicis 6. Dec. S. Gertrudis, Vidua,  
Abbatissa et Fundatrix Hamaticensis fuit Adabaldi Du-  
cis Duacensis avia, et post mortem Regomari conjugis  
sui monasterium in Hamatico edificavit, ubi et ano  
655. vivere desit

Scriptor vite S. Gertrudis apud Surium Tom. 3. et  
Andream du Chesne Tom. 1. Histor. Franc. p. 654. haec habet.  
Cum vero per id tempus Franci crebro comarent in Pa-  
soniam, Gertrudis puella bono indolis ad nobiles jam  
perducta annos conspicitur, amatur atq, appetita a  
Franco quodam Adalbado, praclaro et justis orto na-  
talibus, cujus mater Gerberga filia fuit S. Gertrudis  
in monasterio, quod Hamaticum dicitur, quiescentis.

Hugobaldus, qui ejusdem Sanctae vitam scripsit, ista me-  
morat: Interea Dei famula Gertrudis jam proventa admo-  
dum aetate a multis cummulata operibus bonis in Ha-  
matico monasterio, quod ipsa edificaverat, ubi etiam sa-  
era virgo Eusebia ipsius praecipis educabatur, viam  
universa carnis ingressa est, cui in Monasterij regi-  
mine eadem Eusebia suscepit, bona indolis puella,  
sed adhuc tenerae aetatis, utpote duodenis.

Plura qui vult de fratribus Erchinoaldi eorumque 213.  
liberis, plerisque Deo dicatis, Vignerium adeat, qui a  
p. 47. usque ad 67. de his multa recitat, ex variis Scri-  
ptoribus a me nondum hic memoratis, quia mihi pro-  
positum est, rectam potissimum lineam ab Egane ad ro-  
stros Principes protensam ostendere, itaque ad Erchino-  
aldi filium propero.

Leudesium ex Erchinoaldo genitum prodit coevus  
Scriptor Fredegarius: Franci, inquit, filium Ercho-  
aldi nobilem Leudesium in Majoris Domus dignitatem  
statuunt per consilium S. Leodegarii et sociorum ejus.

Alius eorundem temporum Chronographus editus ab  
Andrea du Chesne in Hist. Franc. rem sic narrat: Erchi-  
noaldo igitur defuncto Lotharius, qui tunc regnabat,  
Ebroinum Majorem Domus constituit, qui ob nimia  
scelera sua a Francis accusatus a Hilderico, qui fratris  
in regno successerat, in Luxovio Monasterio Burgun-  
dia recluditur, et Leudesius, quem Germani Lu-  
thericum vocant, filius Erchinoaldi consilio Leode-  
garii Augustodunensis Major Domus Galatij consti-  
tuitur &c.

Idem Author de ejus matrimonio haec tantum habet:  
Leudesius namque cum Major Domus esset, duxerat uxorem  
de prosapia Sancti Sigismundi Regis Burgundia: alij di-  
cunt etiam S. Leodegarii septem fuisse.

Eadem ejusdem fusius iste Chronographus narrat. Fre-  
degarius autem seu quicumque Chronicon hujus continua-  
vit, nam ipsum in a. 644. desuisse putat Henschenius: /  
brevisiter perstringit: Ebroinus audiens dispersiones

44. Procerum Francorum, convocatis in auxilium. Lo-  
cuis quam plurimis cum multo comitatu exercituum  
a Luxovio Canobio egressus in Franciam regreditur,  
Griseicum villam veniens in Bontivo Leudesium, dum  
subdole fidem promittit, simulans sefellit, facto placito,  
ut conjuratione facta cum pace discederet, sed Ebroinuz  
fallaciter agens, ut solebat, compatri suo insidias pra-  
parans ipsum Leudesium occidit: factum hoc juxta  
Henschenij accurate discussam Chronologiam an. 679.  
quo et S. Leodegarius ab eodem Ebroino captus effu-  
sis oculis ad an. usq; 84. excarnificatus ac demum  
occisus fuit, cujus nepotem ex sorore non Leudisius,  
sed filius ejus Ethico, in matrimonio habuit, ut mox  
videbimus.

6. De Ethicone ex Chronico Monrij Ebersheimensis hoc  
allegantur. Erconaldus fuit praefectus palatii, habuit  
is filium etiam palatii praefectum Leodesium, Leodesio  
fuit filius Ethico, is habuit S. Leodegarij nepotem  
conjugem, Regine sororem, propter quam affinitatem  
Ducatum Alsatia a rege accepit: habitavit in regia  
villa Ehenheim in arce Hoherberg, latine Altitona,  
postea mons S. Odilia dictus.

Ex fragmento antiqui Historici ista recitat Andre-  
du Chesne Tom. 1. p. 783. Leudesius cum major Domus  
epet, duxerat uxorem de prosapia S. Sigismundi  
Regis Burgundia, genuitq; ex ea Ethicum seu Ada-  
ricum, qui patre adhuc superstite et Hilderico regnan-  
te uxorem duxerat Baswindam nomine filiam



45<sup>c</sup>

Sororis S. Leodegarij, Sororem videlicet Regine: ob  
hanc causam consanguinitatis a prefato Rege Duca-  
tum Germanie adeptus est, habuitq, sedem in villa  
regia Ehenheim et in Castro, quod Hokenburg nomina-  
tur. At hic auctor, cum adeptum esse Ducatum Ger-  
mania, id est, ut ego interpretor, Ducatum in Ger-  
mania, nimirum Alsatiam, unam e provinciis Ger-  
mania. Perperam hoc intellexerunt Munsterus et  
multi alij, qui hoc fundamento subnixi Ethiconem  
vocant Alemannis Ducem, cum neq, auctoritas ulla  
antiquior, neq, ullum in edificiis sacris aut profanis  
extet vestigium, quod vel ipse, vel ejus etiam filij  
extra Alsatiam aliquid possederint, imo ne hanc quidem  
totam simul Ethiconi oblige reor, cum enim vivente  
adhuc patre, id est, ante an. 679. cum sorore Regina  
nuptias celebravit, et a Rege affine Dux appellatus  
sit, ex alia vero parte liquido constat, Dagobertus II.  
S. Sigeberti Austrasij F. qui attonsus et relegatus  
in Hiberniam fuerat, circa an. 670. matris opera ab  
exilio revocatum Regem Francorum germanicorum  
prout in Diplomate appellatur, constitutum in Al-  
satia apud Kirchheim sedem habuisse, Argentinesi  
Ecclesie amplissimas possessiones, quas mundatum  
quasi munus datum vocant, assignasse, Haselacen-  
se, Surburgense, Selusianum sive Weissenburgium  
aliaq, Monasteria locupletasse, idq, intra an. Chr.  
670 et 680. quoad Metensem regiam tota potius  
Austrasia transiit, non video, qui potuerit Childe-  
rici beneficio, qui an. 679. interemptus est, totius

46. *Alfatio* dominium penes *Ethiconem* fuisse; hoc nihilominus certum, quod *Ducis Alfatio* titulum et cum *Ethenheimio* partem regionis non exiguam, nec parvam fortassis trans *Vogasum*, qua non *Lotharingis* accensuratur, possederit. Reliqua *Alfatio* filij eius ac nepotes seu Regum *Austrasianorum* beneficentia seu matrimoniorum felicitate acquisierunt. Porro *Ethiconem* grandævum decessisse *Scriptores vite S. Odilia* memorant, annum non designant, nec in ejus monumentis: quod non ita dudum vidi: in sculptum reperi, quod *Atticus* quoque dicitur, non aliter accipio, quam de *Alfatarum*: vulgi proferunt: corruptissima dialecto, qui vocalem *E* scribunt quidem, sed ore tam immodice deducto pronuntiant ut *A* vel *C* exprimant. Illi proinde cum *Herzō Ethich* dicere deberent *Herzō Attich* dixere, suntque plane ridiculi qui *Ethichonem* post *Ducis* titulum acceptum etiam Romanum nomen affectasse, et *Atticum* dici voluisse autumant.

*Ettonem* hic loco primogenitum *Ethichonis*, quem *Ethichonem II.* dicere mallet. Sic enim apud antiquos Auctores scriptum invenio; ast quia sentire oportet cum paucis, loqui cum multis et plerique omnes rerum *Alfaticarum* *Scriptores* contractius istud nomen *Ettonis* ei tribuunt non solum recentiores, sed non nemo etiam ex antiquioribus contra torrentem niti nolo. Alioquin *Scriptor vite S. Odilia*, qui illo ævo vixit, et videre eam superstitem potuit: hanc enim, ait, multi nostrorum viderunt, et Ego infelix pro nimia incuria, cum nec Deo attenderem, nec *Saxetis*, tanto me bono privavi,

quod utique conabor refarcire, si ad memoriam eo- 117.  
rum, qui post nos venturi sunt, gloriosa merita et  
actiones mirabiles beatissimo Odilia per hæc charta-  
rum monumenta consignavero, et in imitationem  
ejus, quantum imbecillitas mea patitur, excitavero:  
hic, inquam, Scriptor, postquam narravit, quomodo  
Ethico senior in Monasterio, quod filia extruxerat,  
animam efflaverit, consolante eum et roborante S. Odi-  
lia, et nono post maritum die Domina Bersvinda sine  
ullo morbo, cum esset in Sacerello S. Joannis expiravit.  
Subdit: Interim venerunt ad Exequias parentum  
Ethico Dux et Adelbertus Dux, pariter Ethiconis et  
Bersvinda gloriosissima progenies; et infra post mul-  
ta verba Consolationis fratres suos S. Odilia Ethiconem  
et Adelbertum ad propria dimisit.

Idem alibi: frequenter, inquit, veniebant fratres  
Odilia, ut a beata Corore verba vite acciperent, nec  
frustra, post aliquot enim annos prefatos Duces ita  
Domino subjugavit, ut non tantum illi bona sua  
fundandis Monasteriis impenderent, sed et illius  
Odilia nepotes, tam Ethiconis filij, qui fuerunt Epus  
Argentinenfis, equivocus, et Albericus Comes, quia  
Adalberti Eberhardus fil. et Luitfridus, sed et Hu-  
gonis, qui ante parentes suos defunctus fuerat, lar-  
giter Monasteria ditaverint, et construxerint, sed  
etiam omnes fere se Dei Servitio tam masculi quam  
femine, abjecto seculi fastu, mancipaverint, inter  
quos Eberhardus Alberici filius, qui licet Leone et  
Urso felicior aliquando in servos Dei servierit, et bo-  
na nostra usurpaverit, tamen favente DEO, et

48. per merita S. Odilia non tantum abrepta resti-  
fuit, sed et de suo largiter constituit habenda.

Cum hic dicatur alter ex Ethiconis filiis fuisse  
equivocus, i. e. ejusdem nominis, et Argentinensi  
Ecclesie prefuisse, ille autem Epus in suo testa-  
mento, quod recitat Guillimannus: Ethonem se  
scribat et ab aliis sui appelletur, tanto libentius  
me accomodo ceteris, qui in Ethiconica familia De-  
scriptione seniore duntaxat Ethiconem, filium vero  
Ethonem nominant.

8. De Alberico jam lessem omni exceptione majoris au-  
divimus et nullum de eo dubium de Osperlo seq. capite  
videbimus. De Adalrico, deq. S. Odilia et reliquis  
extra lineam rectam deductionis nostrae existentibus  
non est hic agendi locus, multa de illis apud alias postm  
Scriptores, praesertim Alsatios, invenies.

## Cap. VIII.

Familia Alsatico-Habsburgia usque ad Gou-  
tramum divitem Osperli Trinepotem, Hermannii  
vero I. Badensis abavum Deductio

### Probationes

I. De Osperlo in memoriam tibi redeant, Lector, Testimo-  
nia ex Frudpertinis monumentis, et Ruyris sub c. 5.  
allata. Quod autem Gab. Brucelinus hujus filium fuisse  
Luitfridum, eum, qui per Donationis tabulas datas